Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



65

Et clamauerunt ad dnm cum tribularentur. et de necessitatibz eorz liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis. et uincula eorz diruit. Confiteantur dno misericordie eius et mirabilia eius filijs hominum. Quia comminuit portas ereas. et uectes ferreos confregit. Suscepit eos de uia iniquitatis eorz. propter iniustitias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abhominata est anima eorz. et adpropinquauerunt usqz ad portas mortis. Et clamauerunt ad dnm cum tribularentur. et de necessitatibz eorz liberauit eos. Misit verbum suum et sanauit eos. et eripuit eos de interitionibz eorz. Confiteantur dno misericordie eius et mirabilia eius filijs hom.

Et sacrificent sacrificium laudis. et annuncient opera eius in exultatione. Qui descendunt mare in nauibz. facientes opera coram in aquis multis. Ipsi uiderunt opera dni. et mirabilia eius in profundo. Dixit enim et stetit spiritus procellae. et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt usqz ad celos. et descendunt usqz ad abyssos. anima eorz in malis tabescebat. Turbati sunt et mouti sicut ebrius. et omnis sapientia eorz deuorata est. Et clamauerunt ad dnm cum tribularentur. et de necessitatibz eorz eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram. et siluerunt fluctus eius. Et letati sunt quia siluerunt. et deduxit eos in portum voluntatis eorz. Con